



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. III. Abbatum Cluniacensium catalogus seu Chronicon, ex veteri
manuscripto codice Clumiacensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

CAPVT III.

*Abbatum Cluniacensium catalogus seu
chronicon, ex veteri manuscri-
pto Cluniacensi.*

BERNO I. ABBAS.

An. 910. **A**NNO D. CCCC. X. incarnationis Domini-
cæ, *Vilhelmus* Dux Aquitanorū, S. Petro
& S. Paulo Cluniacense cōstruxit monasteriū,
ibi que sanctissimum *Bernonem* ordinauit Ab-
batem: qui, vt Deus dedit, & ipse potuit con-
gregationem sibi commissam, quoad vixit,
fatis strenuè rexit, regnante Carolo Rege. Idē
verò gloriosissimus Dux, fundator tam acce-
ptabilis cœnobij, in Briuatensi vico, apud S.
Iulianum martyrem sepultus, requiescit. Idē
autem Pater *Berno* à S. *Gedeone* Archiepiscopo
Bisontinensi ordinatus est. An. DCCCC. XV-
918. III. iam dictus Dux obiit.

ODDO II. ABBAS.

926. **A**NNO D. CCCC. XXVI. amantissimus Pater
Berno, obitus sui imminere prænosens di-
em, omnem congregationem sibi ad stare iu-
bens, Patri *Oddoni* Cluniacense, Masciacense
atque Dolense cœnobium commisit regen-
dum: alteri verò fratri, nomine *Vviddoni*,
reli-

reliqua monasteria reliquit regenda. Quibus & præcepit, carissimoque affatu rogauit, vt vnanimè sibi omni tempore adhærentes, semper vniti permanerent. Quòd si in aliquo ab his deuiarent, vel modum prisce conuersationis in aliquo deprauarent, Priores horum locorum hæc, prout possent, corrigerent, hæc eorum societatem Principibus cunctis comprobando roborantibus. His peractis obiit idè Pater, eodem anno, Idib. Ianuarij. Requiescit verò in ipso monasterio. Ipso eodemq; anno sanctissimus Oddo à Bisfontinensi Archiepiscopo Bernuino consecratus est.

EYMARDV'S III. ABBAS.

ANNO ab incarnatione Domini D. CCCC. 944.
 XLIV. beatus Pater Oddo apud Turonicam ciuitatem, in monasterio S. Iuliani, quod ipse à fundamentis construxit, degens, incidit in languorem. Tunc cunctis fratribus euocatis, omnia sua, cunctaque monasterij disposuit: de Cluniacensis loci interim ordinatione reticuit. Sed fratribus super hac re eum percunctantibus, respondit: *Cluniacum sua dispositioni reseruauit Deus, nec nostre ordinationi hac in re subditur ille locus, capella solummodo mea reuerentia, ad Missæ celebrationem, causa animæ meæ simpliciter quæque necessaria sunt, illuc mittantur.* Ita sanctissimus Pater hebdomada Octauarum S. Martini 14. Kal. Decemb. inibi obiit, ibiq; sepultus

sepultus quiescit. Eodem verò an. Dominus Eymardus in Cluniaco eligitur, humilis quidem genere, sed celsus humilitatis culmine. Nãq; fratribus super electione Abbatis cõcilium agentibus, idem sanctissimus Eymardus à Cauinijs rediens, sua obedientia, equum, super quem sedere consueuerat, ante se, ipse pedes, piscibus onustum ducens consilio eorum admiscetur, omnibus eius humilitatem mirantibus. Itaq; eius humilitate obtinente Abbas eligitur, & ab Odnensi Episcopo *Rotmundo*, regnante Lodouico consecratur.

MAYOLVS IV. ABBAS.

ANno ab incarnatione Domini DCCCCLIV venerabilis Pater *Eymardus* ad comprobandum corripitur à Domino, à benignissimo Iesu flagello piæ castigationis erudientus, dispendio luminis oculorum ab ipso in perpetuum seruandus, spatio decem annorum exercetur. Qui statim Sanctissimum *Mayolum* loco suo subrogari decreuit, & cum consilio omnium fratrum à Cabilonensi Episcopo, nomine *Holdebodo*, ordinari rogauit. Anno ab incarnatione Domini DCCCCLXIII. dulcissimus Pater Eymardus, post diutinum cæcitate verber, à Domino tandem ad cœleste regnum euocatus, eductus est de hoc carnis carcere 3. Non. Octob. Sepultus verò est in Ecclesia Cluniacensi.

Anno DCCCCLXXXI. dedicatio fuit Cluniacensis monasterij facta ab *Hugone* Archiepiscopo.

chiepiscopo Bituricensi xvi. Kal. Martij, Lothario regnante.

ODILO V. ABBAS.

ANNO ab incarnatione Domini DCCCC. XCIV sanctissimus Mayolus, rogatu Hugonis Regis Franciã petens Siluiniacum deuenit; ubi vltima egritudine preuentus, Aruernico genere illustrem sibi successorẽ, & Cluniacensis ingentis monasterij *Odilonem* designauit Abbatem. Quo facto, idem beatissimus Pater inibi temporalis vitæ fortitus est finẽ; ibique sepultus cõgruis veneratur honoribus; Hugone Rege regni gubernacula tenente. At verò misericordissim⁹ Pater Odilo die festiuitatis Pentecostes à Vefontionensi Archiepiscopo *Letaldo* nomine consecratus, suscepit Cluniacensis ouilis regimen. Anno M. XXIII. oritur Pater *Hugo*, electus à Deo, Burgundiorũ illustri genere, cuius genitor *Dalmatus*, mater vero *Arenburgis* vocitati sunt.

HUGO VI. ABBAS.

ANNO ab incarnatione Domini. M. XLVIII. sanctissimus & clementissimus Pater *Odilo*, Siluiniaci degens, Vigilia Circumcisionis Domini mortalis vitæ adeptus est finem. Quẽ locum præcessoris sui B. Mayoli insignem corpore ipse etiam nobilitat propriij corporis tumulatione. Subsequente verò ipso eodemque anno, tempore Quadragesimali, Pater *Hugo* electus: nec mōra, in ipsa solennitate Cathedræ S. Petri Abbas ordinatus,

nunc

nunc in præfenti, vt decet, officij sui ministerium adimplet.

PONTIVS VII. ABBAS.

ANNO Verbi incarnati M. C. IX. beatæ memoriæ Dominus ac venerabilis Hugo an-ordinationis suæ L XI. ætatis verò L XXXVI. viam vniuersæ carnis ingressus, beato fine migravit à sæculo, sepultusque est in basilica noua, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, quam ipse à fundamentis erexerat. Hic non solum carnis, sed etiam mentis nobilitate cõspicius extitit, ac locum istum super omnes antecessores suos ædificijs, ornamentis, possessionibus, monasterijs, cellis, vltra quàm credi potest, vsquequaque fide & industria sua ampliauit. Qui cum esset omnium virtutum exercitijs decenter ornatus, monasticæ religionis ordinem laxiùs diffluentem prouidentia manu restrictiuè coarctauit, geminasque Missas, vnã sc. pro fratribus defunctis; aliã verò pro viuis in duobus oratorijs à se constructis cotidie cantari constituit; ita verò elemosynis, supra oēs nostri temporis homines, semper fuit intētus, vt illius Ecclesiastici verbi sententia dignè illi congruere videretur, qua dicitur: *Elemosynas illius enarrabit omnis ecclesia Sanctorum.* Hic à Deo nobis donatus, diu ad profectum huius loci viuere permissus est, gregemque sibi creditum, verbis pariter & exem-

exemplis erudiens, multipliciter augmentavit, tandemque senio confectus, tertio Kal. Maij, in hebdomada Paschali, sancto fine quieuit. Successit ei in Abbatia regimine venerabilis vitæ vir, nomine *Pontius*, tam carnis, quã vitæ nobilitate clarissimus communi que totius sanctæ fraternitatis electione promotus VII. Idus Maij, à Domino *VVidone* Viennensis Ecclesiæ Reuerendo Archiepiscopo consecratus, & in sede sua cum magna totius populi acclamatione, & exultatione locatus est.

Hoc anno apud Cluniacum obiit *Gelasius* Papa I. sepultusque est inter crucem & altare post chorum. Suprascriptus verò *VVido* Viennensis Archiepiscopus apud Cluniacum in Romanum Papam est electus, qui & *Calixtus secundus* dictus est.

HUGO II. ABBAS VIII. ET
Petrus Venerabilis.

M. C. XXII. anno Dominus *Pontius* pro quibusdam negotijs huius Ecclesiæ agendis Apostolicam Sedem adiuit. Ibi quadam animi sui cõmotione exasperatus, in manu Domini Apostolici Calixti Abbatia Cluniacensi inconsultè abrenunciauit; Ierosolymam iratus magis quàm deuotus petijt: ibi aliquandiu moratus, occultis quorundam litteris reuocatus, in Longobardiam diuertit. Vbi iterum aliquantulum moratus, Ecclesiam in cãpo *Sion* construxit; cùm ecce certus factus de con-

con-

cōcorda erga se, tā monachorū quā burgēsi-
um, subito Cluniacū venit, ecclesiam Apostoli
Petri & Pauli armata manu inuasit. Quātā stru-
gē in occisiōe hominū, quantū ecclesie in or-
namētis suis dispēd ū fecerit, nō sine lachry-
mis est dicendū. ad vltimū pro huiusmodi fa-
cinoribus Romā ab *Honorio* Papa publico ana-
themate euocatur, quasi causā suā probaturus
cōtra *D. Petrū* Abbatē, in eius abscessione, *D.*
Calixti iussione, & monachorū Cluniacensiu
cōmuni electiōe, canonicē institutū. Romā
petijt, ibi dānatus, & ne mai⁹ malum faceret,
à Papa retētus, vitā finiuit. In abscessu aut illi
Hugo II. Prior sanctimonialiū de Marfiniaco
ei substitutus est in Abbatem. Quo post tres
menses defuncto, 9. die Iul. dilata electiōne
causa cōgregādi viros religiosos & prudētes,
vsq; in Octauā Assūptionis Dei Genitricis,
electus vir vitę venerabilis, dilectus *D. Petrus*,
cognomēto *Mauritij*, nobilis genere, Aruerni
oriūdus, etate iuuenis, maturis morib⁹ senior,
nō plus 28. ann. & à Bisuntinensi nomine *An-
ferio* cōsecratus, pastorale officiū adeptus est.

Anno M. C. XLVII. Ludouicus Rex Frācie
Ierusalem mense Iunio perrexit.

Anno M. C. XXXVII. obiit Ludouicus Rex
Francorum.

M. C. LIII anno obiit B. Bernardus.

An. M. C. LV. tātus terrę motus in Burgū-
dia factus est, vt in quibusdā eius partib. plu-
rima ædificia cōcussa subuerterit. Hoc etiā an-
no illustris vir *Henricus V* Vintēsis Episc. ro-

gatu Dōni Petri Abbatis, & ab Adriano Papa litteris inuitatus, simul et à Rege Frãciæ *Ludouico* iuniore, & ab omnib. ferè Burgundiæ personis & Baronibus euocatur. Cluniacū venit, eandēq; ecclesiā graui æris alieni pondere oppressā prudētia & expēsis suis omni ferè debitorū alleuauit onere, ita vt tā in persolutione debiti, quā et à in reparādis possessionibus, necessarijs et à rei familiaris cōparandis, sicut ex ore eius audiuius, plusquā 7. millia marcharum argenti expenderit.

Anno MCLVI. prima ipsius anni die, reuerēdus & cū multo amore recolēdus Dominus *Petrus* Abbas viā vniuersæ carnis ingressus est. Fuit aut̄ exitus eius huiuscemodi; Vigilia Natiuitatis Dominicę, cū ille suo more sanus & incolumis capitulū ingressus, Natiuitatis Dominicę pronūtiationē audisset, & venerandæ festiuitatis nūtiū, toto corpore prostratus, humili deuotione, deuotaque humilitate, de more Cluniacēsi adorasset, & post lectionē, & defunctorū absolutionē, sermone sublimer inchoato, Natiuitatis Dominicę præconia, & prophetarū vaticinia paulò altius ingredere tur, subitò in medio sermonis, oculis illi, præ deuotiōe, lacrymarū flumine (quarū singularem gratiā obtinebat) nō tā madentibus quàm inundātibus, morbo corripitur; & de ipso Capitulo manibus filiorum, præ dolore nimio ferè infaniētū, ad secretiores deportatur domos; vbi tota die, & nocte sequenti custoditur: tādē illucescente aurora Dominicę Nati-

ui-

tiuitatis, ea videlicet hora, qua Christus mundum ingressus creditur, mundo exiens, solennitatem Dominici ortus cum Angelicis spiritibus celebrare perrexit, de illius exitu tam Angelis exultantibus, quam filijs dolentibus. Sepultus est in capite maioris & nouae basilicae, cum magno honore, & grandi filiorum suorum dolore, ab illustri viro Henrico V Vintensi Episcopo, & dies successoris eius eligendi à Natiuitate Domini vsque ad Dominicam, qua in Ecclesia de pastore boni pastoris verba recitantur, per quindecim hebdomadas dilatus est.

HUGO III. ABBAS.

1163.

M. C. LXIII. an. Domnus *Hugo* Abbas tertius recessit, & Domnus *Stephanus* Abbas successit.

M. C. LXXI. hoc anno S. *Thomas* martyrizatus est. Deposito Domni *Henrici* V Vintensis Episcopi V. Idus Augusti.

M. C. LXXIII. Deposito Domni *Stephani* Abbatis, & electio Domni *Rodulphi* Abbatis, nepotis supradicti Episcopi, consecrati à Domino *Petro*, Cabilonensi Episcopo, regnante *Ludouico* Rege Francorum, VII. Kal. Sept.

M. C. LXXVI. hoc anno Domnus *Radulphus* de Soliaco dimisit Abbatiam Cluniacensem, & Domnus *Salterius* electus est, qui suscepto regimine, cum persoluisset maximam partem debi-

debitorum, quibus Ecclesia Cluniacensis gra-
uabatur, peccatis nostris exigentibus, ablatu-
s est nobis à Deo infra annum post susceptio-
nem regiminis, & electus est Domnus *W*ilhelmus
Abbas Ramesiēsis, qui tribus annis nobis pre-
fuit. Quo apud Charitatem defuncto, electus
est Domnus *Theobaldus*, Abbas S. Basoli. An-
no autē ab incarnatione Domini M. C. LX X-
VIII. idem Domnus *Theobaldus* Abbas Clu-
niacensis assumptus est in Ostientem Episco-
pum.

HUGO IV. ABBAS.

Electus est Domnus *Hugo*, Abbas S. Luciani
Be'uacensis. Anno M. C. XXXIX. *Philippus*
Rex Francorum & *Ricardus* Rex Anglorum
perrexerunt Ierusalem.

HUGO V. ABBAS.

M. C. XXXIX. anno obiit Domnus Abbas *Hu-*
go IV. & Domnus Abbas Radingensis
Hugo V. electus est.

M. CC. VI. anno à Constantinopolitana
vrbe delatum est caput S. *Clementis* à duobus
nobilibus viris, videlicet Dalmatio de Seci-
anco, & Pontio de Bernosa.

M. CC. VII. anno obiit Domnus Radin-
gensis *Hugo* Abbas V. quarto Kal. Sept. & e-
lectus est Domnus *W*ilhelmus, tūc Prior Clu-
nia-

G

nia-

niacensis, & sancti Martini de Campis Parisijs.

Anno M. CC. XV. dictus Domnus *Guilielmus* Abbas II. resignavit, & Domnus *Sirodus* Abbas Molifinentis eligitur.

Anno M. CC. XX. resignavit Domnus *Sirodus*, electus in Episcopum Valentinensem, & *Rolandus* eligitur.

Anno M. CC. XXVIII. resignavit Domnus *Rolandus*, & *D. Bartholomæus* eligitur.

Anno M. CC. XXX. obiit Domnus *Bartholomæus*, & *D. Stephanus de Bersiaco* eligitur.

Anno M. CC. XXXVI. resignavit Domnus *Stephanus de Bersiaco*, & Domnus *Hugo Abbas* Maioris monasterij, diuina prouidente clementia, electus est.

Anno M. CC. XLIV. Domnus *Hugo Abbas* in Lingonensem Episcopum assumptus est, & Domnus *Guilielmus*, Prior de Charitate, electus est.

Anno M. CC. LVIII. Domnus *Guilielmus* resignavit, & in Episcopum Oliuensem assumptus est, & Domnus ac venerabilis *Iuo*, tunc Prior S. Marcelli Cabilonensis, à toto conuentu, in pleno capitulo, eligitur in Abbatem.

Anno M. CC. LXXV. dictus Domnus *Iuo* obiit, & die sepulturæ suæ electus fuit Domnus *Iuo II.* Prior S. Martini Parisiensis.

Anno M. CC. LXXXIX. obiit Domnus *Iuo II.* & *Guilielmus de Igiaco* eligitur.

Anno M. CC. XCV. obiit prædictus *Guilielmus*,

elmus, & *Bertrandus*, tunc Prior de Charitate, eligitur.

Anno M. CCC. VIII. obiit Domnus *Bertrandus*, & Domnus *Henricus*, Procurator in Curia Romana pro ordine Cluniacensi eligitur.

Anno M. CCC. XVIII. *Henricus* in Episcopum S. Flori constituitur, & Domnus *Raymundus* in Abbatem Cluniacensem instituitur.

Hactenus ex Chronico Cluniacensi, quod manuscriptum reperi Parisijs in monasterio sancti Martini Campensis, anno Christi 1600. cum ibi negotiorum publicorum causa versaretur. Fuit autem auctor illius Chronici monachus Cluniacensis, & floruit annis Christi 1155. & 1176. ut suis supra locis datur intelligi.

De his & alijs fusissimè *Andreas Quercetanus*, in Bibliotheca sua Cluniacensi.

CAP. V. IV.

Ordo Camaldulensium per sanctum Romualdum institutus.

ROMUALDVS Rauennæ, Sergio patre nobili genere natus, adolescens in propinquum monasterium *Classense* pœnitentiæ causa secessit. Vbi religiosi hominis sermone ad pietatis studium vehementius